

per vos concedenda in cabellarum quamlibet per se et non in
camer^{ariatu}~~ariatu~~, nec non quolibet membra cabellarum
terrarum et locorum ipsorum per se remotionem et non simul
particulariter et distincte concedere debeatis, ut de valore pro-
ventuum terre et loci cuiuslibet ipsarum parcium ac in-
gulorum membrorum proventuum eorundem curia regia
per quatenus venditionum cabellarum per vos faciendarum
pro presenti et futuro tempore plene valeat edoceri.

[7.] et in terris faucosis de iurisdictiois vestre cabellas
ipsas tribus vel quatuor vris idoneis et in aliis terris dua-
bus vel tribus tantum ad plus vos ~~concedere~~ concedere volu-
mus, ne propter pluralitatem cabellatorum huiusmodi
alia servicia regia in terris et locis eisdem aliquod reci-
piant detrimentum.

[8.] de ferro autem, aczaro, pice et seta, sicut curia
statuit et providit, sicut regiam et nostram gratiam caram
habetis et rerum vestrarum dispendium ^{ac} personarum peri-
culum cupitis evitare, procuretis attentius et faciatis per
alios procurari, quod predictum ferrum, aczaram et pice
non emanent vel vendantur maiori vel minori precio
sive regnicolis sive exteris, quam statutum curie conti-
net; et pro vire sete tam ab exteris regniculis quam
infra ad partes iurisdictiois vestre delate non exigantur
ultra vel aliud, quam quod hactenus per curiam est sta-
tutum.

[9.] mandamus etiam vobis sub pena predicta, quod
regalia, in quantum ad officium vestrum spectat, manue-
neatis et defendatis et vira omnia curie regie regni-